

Gerlavs vicedominus. Adelbertvs Viola. Pincerna Cvnradvs. Wernervs dapifer. Dragbodo et Cvnradus mariscalci et alii quam plures. Acta sunt anno dominice incarnationis MCXLIII, indictione VII, regnante rege Cvnrado huius nominis III; data in Rostorph v. kal. decembris.

180.

5

Erzbischof Heinrich I. von Mainz bestätigt verschiedene dem Kloster St. Peter zu Erfurt gemachte Schenkungen, insbesondere was demselben Diemo, ein Ministerial des Markgrafen Konrad, und andere geschenkt haben.

Erfurt, 1144.

Gedr.: Schannat, Vind. lit. 1,183 (A), Guden, Codex dipl. 1,150 (B) und Schöttgen, Leben Konrads 291 (C) aus A, aber nach dem Original verbessert. Böhmer - Will, Mainzer Regesten XXVIII, 33.

10

Anm.: Die Schenkung des Diemo an das Peterskloster muß, weil sie vom Erzbischof Adelbert I. bestätigt wurde, in die Zeit vor 1137, in welchem Jahre derselbe starb, fallen.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus^{a)} dei^{b)} favente clementia sancte Moguntine ecclesie archiepiscopus. Notum fieri volumus cunctis Christi fidelibus, quibus traditionibus legitimis^{c)} predia in Hochstede iacentia principibus apostolorum Petro et Paulo 15 Erpesfurt^{d)} sunt delegata. Diemo quidam ministerialis domini Conradi marchionis gratia spiritus sancti inspiratus deliberavit mutare terrena cum celestibus adiensque predictum marchionem rogavit, ut illius permissu se suaque bona liceret tradere Erphesfurtensi^{e)} cenobio in honore supra dictorum principum apostolorum edificato. Cuius precibus nobilis marchio devotissime assensum prebuit atque omnia predia et homines, que predictus Diemo 20 in Hochstede possedit, liberis manibus duorum comitum videlicet Syzonis comitis et Lamperti tradidit, ut ipsi nihilominus super altare predictorum apostolorum ipsa predia contradherent. Est autem idem predium VIII mansi cum hominibus et una vinea in Hochstede et tres mansi in Vrleyben. Qua traditione legitime peracta et predecessoris nostri Adalberti^{f)} archiepiscopi senioris banno confirmata sepe dictus Diemo monastice vite regulam 25 subiit in supra dicto cenobio, in quo dormit feliciter in domino. In predicta villa habent iidem fratres aliud predium, quod dominus Hermannus de Wocenesberc Ierosolimam pergere^{g)} desiderans deo et sanctis apostolis delegavit multis nobilibus et liberis et religiosis viris cum advocato assistantibus. Tradidit autem xx^{h)} mansos cum omni utilitate domi et foris viis et inviis agris cultis et incultis pascuis pratis aquis piscinis aquarum decursibus 30 silvis molendinis, deditque unam vineam cum pomerio et homines suos quosdam ad ministerium, quosdam ad cenum. Tradidit preterea Reinhardum quendam de Berchaha cum dimidio manso et curtilibus tali conditione, ut perpetuo due quadrigae de hoc predio ligna in usus fratrum exportarent. De quoⁱ⁾ predio et predii iure parum dissidens landgravii^{k)} mater cum filiis aliquantis annis legitima illius predii fratribus impediverat, verum 35 a nobis et aliis viris religiosis^{l)} commonita idem predium dividi permisit et dimidiam partem curtium in Berchaha et agrorum cultorum et incultorum et evectionem unius

180. a) Henricus B. b) divina B. c) fehlt AB. d) Erphesfurt AB. e) Erphesfurdensi B. f) Adelberti B. g) peregrinare B. h) xv AB. i) fehlt AC. k) landtgravii A, lantgravii B. l) rel. viris B.